

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1269 - 1270

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

civibus suis Argentinensibus castrum de Winestein fuerit presentatum, nos predicto domino episcopo et civibus Argentinensibus et quibuscunque se conformantibus eisdem occasione discordie, quam habent contra F[ridericum] de Winestein, favore et auxilio usque ad finem ejusdem discordie fideliter assistemus. in cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. actum et datum anno domini 1269 feria 3 post festum beati Bartholomei apostoli.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1395 or. mb. c. 4 sig. pend.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 229<sup>b</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 465 nr. 658. Batt. Eigenthum zu Hagenau II, 56 nach unbekannter Vorlage. — Goerz Mittelrh. Reg. III, 556 nr. 2459.*

10

22. *Heinricus* episcopus Argentinensis omnibus abbatibus prioribus et prelatibus per suam dyocesim constitutis notum facit, de voluntate et licentia ipsius fratres heremitas ordinis sancti Augustini verbum dei populo predicare et confessiones audire, prout in indulto sedis apostolice continetur, non obstante interdicto, quod nuper ab ipso in synodo generali dyocesis editum sit. « universitatem vestram scire ». datum Argentine anno domini 1270 feria 6 ante festum Hylarii<sup>1</sup>. 1270 Januar 10 Straßburg.

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend.*

23. *Das St. Thomascapitel trifft mit den Augustinern einen neuen Vergleich über ihr gegenseitiges Verhältniß. 1270 August 8 Straßburg.*

Nos.. prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis notum facimus presentium inspectoribus universis, quod cum olim inter nos nomine capituli nostri ex una, priorem et fratres ordinis sancti Augustini fratrum heremitarum extra muros Argentinenses ex altera parte de consensu et voluntate communi amicabilem intercesserit compositio super eo, quod iidem fratres in parochia sancte Aurelie ad nostrum capitulum spectante oratorium erigere conabantur, prout in littera super hoc confecta plenius continetur<sup>2</sup>, dictique fratres eandem compositionem seu ordinationem gravem sibi et perquam duram reputantes ad nos super relevando seu mitigando eandem sepius habuere recursus, nos vero paci et tranquillitati animarumque suarum saluti operam adhibere cupientes et, ut absque prejudicio nostro et ecclesie nostre in prefata parochia sancte Aurelie stare possint et tenere perpetuo oratorium in eadem, subscripte compositionis formam una cum predictis fratribus concorditer amplectimur, que talis est: dabunt enim nobis<sup>a</sup> pre-

a) *T nobis nachträglich wohl von gleicher Hand hinzugefügt.*

<sup>1</sup> C[onradus] de Talmassigen archidiaconus majoris ecclesie Argentinensis omnes clericos per archidiaconatus sui terminos constitutos rogat, ut fratres supradictos verbo et opere coram parochianis promovere studeant. 1270 Januar 13 (idus januarii) or. mb. c. sig. pend. delapso ebenda.

<sup>2</sup> *Vergl. nr. 1.*